



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Defensio Apologiæ De Adoratione Et Eivs Speciebvs

Lorichius, Jodocus

Ingolstadii, 1577

VD16 L 2530

Confutatio Hyperaspistae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30277**

DE ADORAT. DE EIVS SPECIEB.

hanc esse factā: at non fuit ausus tam aperte nugari.

5. Adde, quia nec Ecclesia Pontificem primò elegit; neque potestatem ei tradidit: sed ipse Christus in Petro, omnibus suis successoribus legitimis; vniuersam docendi, gubernandique potestatem commisit.

Matth. 16.

Ioan. 21.

Ouis enim qui Christi cupit esse; siue Imperator sit, siue Rex, aut Princeps, Dominus, aut seruus; à Petro, & successoribus eius pasci, atque à luporum incurfione defendi omnino desideret, aliò qui peribit.

6. Aliquando tamen explicatiùs trademus: nihil derogari gloriæ Capitis Christi in Ecclesia, si Vicarię gubernationis caput constitutum credamus, confiteamurque: quemadmodum & ipse vnicus Magister noster est, & Dominus, & Ecclesię Rector; dedit tamen alios, & Doctores, & Pastores, & Rectores Ecclesię suę. Sed hæc ad errores Epistolę peculiare: satis: cætera ordine deinceps videbim<sup>9</sup>. Calumnias nil moror; malens ab istis vituperari ac deiici, quàm extolli, & laudari.

*Confutatio Hyperaspistæ.*

7. Principiò confitetur aduersarius; in dedi-

DEFENSIO APOLOGIÆ

dedicatoria nimirum Epistola: se priori disputatione, non voluisse precationis Methodum tradere: sed nostram dūtaxat detegere Idolomaniam, vt vocat. Rectè ergo censui in Apologia; disputationem eam nullam fuisse: sed Orationem cauillatoriam; ex nugis, calumniis, absurditatibus, mendaciis, blasphemis confusissimè constructam.

*De Scriptura sacra.*

Hosiū Lege  
de expresso  
Dei verbo.

Psal. 118.  
1. Thels. 4.  
Ioan. 1.  
Hebr. 1.  
Eccli. 24.  
2. Pet. 1.  
Ephes. 4.  
Ioan. 5.

8. Prima Hyperaspistę propositione definit Aduersarius: Verbum DEI, quod in Scriptura sacra continetur. Sed nō ostendit, quis Verbum Dei ita definierit: quippe ignorauit: Verbum Dei esse, tūm ἔγγραφορ, tūm ἀγγραφορ; scriptum, & non scriptum, siue traditum. Vnde Verbum Dei rectiūs definitur: Voluntas eius de nostra sanctificatione, & salute; manifestata olim per Prophetas, nouissimè verò per Filium suum, per quod Apostolos, Pastores, Doctores Ecclesię suę; contestantibus scripturis. Vide Francisc. Sonnum. Demonstr. lib. 1. cap. 2. 9. & 10.

9. Commodè tamen, prop. 2. & 3. semet Aduersarius exponit: & fatetur in scriptura quip-